



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Privilegium Et Facultas Adm. R. P. Præpositi Privincialis Soc. Jesv per  
Provinciam superioris Germaniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

PRIVILEGIUM ET FACULTAS

*Adm. R. P. Præpositi Provincialis Soc. JESU  
per Provinciam superioris Germaniæ.*

CUM Sacræ Cæsareæ Majestatis rescripto, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac alijs, quæcumque librariam negotiationem exercentibus seriò, firmitèrque inhibeat, ne quisquam libros à Societatis JESU Patribus editos, vel impostèrum edendos, intra S. R. Imperij, Regnorum & Dominiorum suæ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut formâ sive in toto, sive in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi jam impressos adducere, vendere, & distrahere, clàm seu palàm, citra consensum ac testimonium supra dictorum Patrum audeat vel præsumat; Ideo Ego Benedictus Painter Societatis JESU per superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, juxta potestatem mihi ad Adm. Reverendo Patre nostro Joanne Paulo Oliva, ejusdem Societatis JESU Præposito Generali factam, Domino Joanni Casparo Bencard, Typographiæ Dilinganzæ Possessori, & Bibliopolæ Academico, ejusque Hæredibus seu Successoribus, omnes prædictæ Typographiæ hætenus concessas, & usurpatas facultates concedo, libros à Patribus nostræ Societatis conscriptos, singulariter

R. P. Ernici Pirhing S. J. Commentarium in quinque Libros Decretalium. &c. &c. &c.

Cæteròsque omnes tam Scholasticos, quàm non Scholasticos antehac Dilingæ, cum simili Cæsareo Privilegio editos, & in futurum scribendos, cum Consensu Societatis JESU recudendi, vel de novo edendi, liberam potestatem facio. Eidemque & ipsius hæredibus Privilegium Cæsareum Societati nostræ concessum, eateenus indulgeo, ut Societate, & ipso invitis, nemo supradictos libros recudere, nemo intra Sacri Romani Imperij fines, & hæredi-

tatis

*PRIVILEGIUM ET FACULTAS.*

tarias Sacræ Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum  
exponere audeat.

Et quia ex prædictis libris jam antea editis, aliquos sine li-  
centia Societatis JESU, in grave nominatæ Typographiæ, & præ-  
dicti D. Joannis Caspari Bencard præjudicium, & detrimentum,  
nonnulli recudere præsumperunt; Eidem D. Joanni Casparo Ben-  
card de damnis illatis quærenti omnia hujus Generis Privilegia  
hactenus illi Typographiæ competentia, & à prædecessore meo in  
ipsum collata, tribuo & confirmo: Ut iisdem omni meliore mo-  
do, contra ante dictos, & quoscunque alios illius Cæsarei Privile-  
gij violatores utatur, & indemnitati suæ consulat, in librorum  
ante memoratorum, aliorumque cum supra posito Societatis JESU  
consensu Dilingæ impressorum, ac imprimendorum distractione.  
In quorum omnium fidem, ac testimonium, has meâ manu sub-  
scripsi, ac Sigillo mei officij communivi. Dilingæ 22. Junij.  
Anno 1676.

BENEDICTVS PAINTER S. J.

QUÆ.